

bum attractione, non propterea sequitur hoc per suas operationes atque tincturas productū esse, sed quod antea inerat, per separationem dumtaxat, velut ex sua minera solet, ortum est. Plerumque aureum reperitur, nec nisi rarò admodū caret auro, vt alia multa. Haftenus de arsenico quod sciam, aut scribere decet; quisq; nomen eius optimè scrutetur prius diligenterq; vt intelligat, alioqui facilè sequitur maximus error in vtraque facultate, qui tandem ab euentu palàm fit.

*De argento viuo. CAP. XIX.*

**A**B SOLVTIS salibus & sulphuribus ad argentum viuum peruenimus. Hoc non probè metallum dici potest, sed aqua potius metallica, verùm ea ratione metallum esse dicitur, quia per Alchimiā in solidam substantiam, & in colorem adducitur metallorum nonnunquam fixam, aliquando verò non fixam. Tantùm cognosci potest, esse primam Alchimistarum materiam, qui possunt inde fabricare aurum, argentum, cuprum &c. vt in examine persistant: item fortassis

tassis